



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dictamina Seu Scita Variæ Doctrinæ, Politicæ, Moralis,
Stoicæ, Christianæ, & Spiritualis**

Nieremberg, Juan Eusebio

Paderbornæ, 1711

Decas III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50306](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-50306)

proinde Sapientissimus: *Sicut divisiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini; quoniam qui vulnerit, inclinabit illud.* PROV. 21.

DECAS III.

21. Fastus efferentis se est hydropisis spiritualis, in eo discrepans à corporali, quod hydropicus sitiat aquam, elatus aërem: tumor par est utriusque.

22. Qui prævertit facienda, non retardat, sed qui involvit: à præcipitantia penè idem periculum est. Nam qui accelerans cursum cespitare cogitur, næ ille non longè processerit: minus itinerando proficiet, qui subinde ad diversoria redit iis sumendis, quorum oblitus fuerat.

23. Posse bene facere, felicitatis est: auctu facere virtutis, & Regii muneris: velle bene facere dotis Divinæ. Ex adverso posse agere male imbecillitatis est humana: auctu male agere, summi periculi: velle male agere, animi vilis & abjecti: velle aliis male dæmoniaci.

24. Animantibus fædis, & quæ ab omnibus magis, natura virus infecit. Idem habent querulosi: tam facile venenum eructant, ac dente virulento admordent.

I5

Vilissi-

Vilissimum est hoc hominum genus.

25. Quia ambitione abripiuntur Principes, solent adulazione fascinari. Nisi inordinatus eos abriperet honoris appetitus, nunquam crederent adulantium blandimentis. Semetipsum fallit, qui per aliena encomia aucupatur gloriam, non per propria benefacta. Laus est exactio honoris, & hunc propria opera imprestant, non dicta aliena.

26. Grandis machina est Regni gubernatio: ei movendæ nulla trochlea aptior Regis exemplo; cui scilicet non sufficiat eliminare vitia, sed & suspicionem illorum. Olim homines fingeabantur Dii esse, ut illorum excusarentur vitia; hodie videas ipsis Regibus vitia affingi.

27. Desciscit ab homine, qui vel fastu supra hominem se attollit, vel infra bruta sensualitate deprimit. Per illum æquatur dæmonibus, per hanc bestiis.

28. Arrogantia est magnes maledictionum: ira radix discordiarum: sensualitas, sementis ægritudinum: avaritia, matrix periculorum: invidia, fons turpidinum: imprudentia, acervus errorum: debili-

us.
in-
in-
eti-
am
per
ion
tio
pe-
er-
ior
ciat
illo-
sse,
vi-
stu
uta
tur
io-
ali-
na-
tu-
m:
ili-

debilitas, mons difficultatum, & vallis ja-
etiarum. Denique non est vitium, quod
caro non steterit.

29. Quemadmodum numeri, & divi-
sionem suam habent, & integritatem; ita
& vitia. Eadem quippe ratione, quâ dici-
mus, tria & tria sunt sex, verum quoque
erit dicere: vilitas animi, & ambitio fa-
ciunt superbiam: rancor, & elatio in-
vidiam.

30. Nulla melior Legum glossa, ac
Principis exemplum: omnes indè im-
buuntur, omnes percipiunt, quidquid
in eo legerint, porrò exempli efficacia
sumenda non est à persona, quæ illud de-
derit, sed ab opere, quod patrârit. Im-
plèsse legem, non posuisse vim habet. In
Legibus mens est regnantium, in factis vi-
ta subditorum. Exemplum malum de
nullo sumendum est, de malis aliquando
bonum. Neque justi semper agunt, quod
melius est, neque perversi semper ne-
gligunt, quod bonum.

DECAS IV.

31. Generosos juvat prudentia: auda-
ces fortuna: arrogantes patientia aliena: